



92  
bantur. et nonnulli rex cupidos ne ullatenus  
excitarent comodissime comprimebat. legatos  
deinde ad olegrami conquerendi gratia destina-  
runt. qui causas hostilis adventus sciscitaren-  
tur. et quid sibi vellet huiusmodi rerum innova-  
tio stantibus federibus flagitarent. his inca-  
stra profectis cum mandata exposuisset nihil  
aliud in responsis retulisse potuerunt. nisi consue-  
tu copijs ac gentibus uenisse. ut amicis mei-  
nisque mediolanensis prefatis ab illo opem quo-  
tidie implorantibus subueniret cum pluribus  
et uarijs a florentinis ut dicebatur iniurijs  
et contumelijs lacefferent. legati his et huius-  
modi responsionibus delectore indignatione  
que refectis florentiam redierunt. Johannes post  
legatorum discessum cum magna spe potumendi urbe  
ob eas iniurias teneretur quas florentini nu-  
per pistoriensibus intulisse uidebant copias  
omnis munitibus admoouit. atque intra urbem cum  
suis placite et humane recipi postulauit. sed  
ibi reiectis postulationibus suis sperni contemp-  
niq; deprehendit obsidere oppugnateque per-  
rexit. dum uero aliquot dies frustra comora-  
retur nec ullus motus intra urbem oriretur cap-  
tis aliquibus pistoriensium castellis obsidione